



Praxis Avrea Qvotidianarvm Rervm Ecclesiastici Fori

In qua Variæ Iuridicæ Resolutiones ex approbatis traditionibus Doctorum,
atque diuersorum Tribunalium, præsertim Rotæ Romanæ, Decisionibus,
excerptæ, continentur; Opvs Qvatvor Partibvs Distinctvm

Continens Tertiam, & Quartam Partem: Quibus, hac nostra editione ab
innumeris mendis repurgata ...

Riccio, Giovanni Luigi

Venetiis, M.DC.LXXIV.

Praxis Commendæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98599](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98599)

2 *Episcopus non publicans sententiam excommunicationis ab exigente gabelas ab Ecclesiasticis incursum puni- tur arbitrariè.*

Episcopum non publicantem excommunicationem a lege indictam aduersus indebite exigentes gabel- lam a clericis, puniri.

Clemens V. Pontifex Max. cuius in initio supe-
rioris casus meminimus in eadem constitutio-
ne Clem. ult. de censibus iussit locorum diœcesanis,
vt publicent, vel publicari faciant censuras, & excom-
municationes, in quas ipso iure inciderunt publica-
ni, alique gabellarum exactores, qui a clericis inde-
bite eas exegerunt. Quæ sanè Pontificis constitu-
tio obligat ipsos diœcesanos (vt scribunt ibid. glos.
1. & reliqui interpretes) ex præcepto cuius tran-
gressores puniri debent: verum, quia nulla certa pœ-
na indicta est pro iudicis arbitrio erunt plecendi
quemadmodum post Laud. annotant Cardinal. Za-
barella in d. Clem. vltim. in 1. notab. sic dicimus quod
quando lex pro aliquo delicto statuit in delinquentem
esse animaduertendum; pœnam iudici arbitriam
esse indicendam cum nulla certa sancita sit pœna, si-
cuti diximus alibi.

PRAXIS COMMENDÆ.

RESOLVT. CXLV.

- 1 *Commendatarius dicitur habere beneficium Ecclesiasti- cum, & parum distans a prouisionibus beneficior. n. 2.*
- 3 *Commendatarius perpetuus facit fructus suos sicut cate- ri titulares perpetui, & quid dicatur commenda numero 4.*
- 5 *Pœna cap. licet de elect. habet locum in commendatarijs, sicut etiam habent locum, quæ traduntur. n. 7. & 10. 11. 12. & 17. 18. 19. & 20.*
- 6 *Commenda requirit etatem, & ceteras qualitates sicut verum beneficium, & quæ vide n. 13. & 14. 15. 16.*
- 8 *Quæ habeat commendatarius, vide num. 9.*

Commendam obtinens an dicatur obtinere beneficium Ecclesiasticum.

Respondi, quod Commendatarius dicitur habere
beneficium Ecclesiasticum c. dudum il. 2. de ele-
ctione c. si plures 21. quæst. 1. Io. Monac. n. 7. Archi-
diacon. & alij in c. nemo deinceps 15. de electione in
6. Federicus de Senis in tract. de permutatione bene-
ficiorum q. 15. per totam Milis in repertorio verbo
beneficia commendata n. 11. & verbo commenda an
sit canonicus titulus Guid. Pap. quæst. 559. vers. quin-
ta conclusio Rebuff. de pacificis possessor. n. 15. cum
sequentibus Lambertin. de iure patronatus lib. 2. p. 1.
quæst. 6. art. 14. per totum Gomezium in regula de in-
firmis quæst. 13. & in reg. de impetrantibus benef. va-
can. per obitum familiar. Cardinal. quæst. 6. & in reg.
de triennali quæst. 5. Alphonsus Hoieda de incompati-
bilitate beneficiorum part. prima cap. 14. nu. 6. & 2.
p. cap. 4. num. 11. Mandosius in regula de verisimili
quæst. 3. nu. 2. & in reg. 32. quæst. 7. num. 12. Puteus de-
cif. 158. nu. 4. lib. 1. Rota decif. 765. nu. 5. parte 3. di-
uerfor. Nam commenda perpetua a beneficijs pa-
rum, aut nihil distans ab alijs prouisionibus beneficio-
rum, & sic in bulla illis dicitur, vt commodius onera
sustentare valeas de alicuius subuentionis auxilio pro-
uidere cupientes, tale beneficium autoritate Apo-
stolica concedimus, & commendamus, ac prouide-
mus, per te quamdiu vixeris obtinendum, & pos-
sidendum, ita quod durante commenda huiusmodi
Aloyf. Ricc. Praxis. Pars III.

de fructibus, & redditibus ipsius disponere, & ordina-
re valeas &c. quam formam assignat Rebuff. in praxi
tit. de commenda n. 28. de pacificis possessoribus nu.

43. vnde talis commendatarius perpetuus facit omnes
fructus suos sicut alij titulares perpetui Casladorus
decif. 33. nu. 5. super regulis Rebuff. de pacificis posses-
soribus nu. 43. Mandosius in d. reg. 30. q. 3. nu. 4. Puteus
decif. 25. n. 3. & 4. lib. 1. & dicitur talis commenda
perpetua dispensatio palliata ad obtinendum aliquod
beneficium, alias obtineri prohibitum, sicut etiam
vno temporalis Gemin. consil. 38. num. 11. Caslad.
decif. 33. nu. 5. super regulis, & decif. 2. de vnionibus
num. 9. Mandosius in reg. 33. q. 30. num. 3.

5 Hinc pœna cap. licet canon. de electione lib. 6. con-
tra non promouentes se infra annum habet locum
in his commendatarijs perpetuis clem. in agro. §. cer-
tum de statu Monachor. ibi infra annum computan-
dum a tempore collationis, & commissionis, & antea
dixerat conferri nequeat, neque committi, & per cõ-
missionem intelligitur de commenda da Rebuff. de pacif.
possefs. numer. 42. vers. & sicut tenetur infra annum
Mandosius in dict. regul. 33. quæstion. 7. numer. 10. & 11.

6 Requirit quoque talis commenda etatem, & alias
qualitates legitimas sicut verum beneficium cap. ne-
mo deinceps, de electione lib. 6. Caputaquensis de-
cif. 127. num. 3. part. 1. sic potest esse index Apostoli-
cus commendatarius perpetuus iuxta d. c. statutum
de rescript. lib. 6. vt latè tradit ibi Gomez. num. 77.
in 9. ampliatur. Caslaneus in consuetudinibus Burgund.
in rubr. de successione des bastards §. 3. num. 88. Ita
vt dispositio tex. in cap. quoniam Abbas 14. de of-
ficio delegat. cum quo concordat lex 47. ad finem.

7 titul. 18. Partita 3. dicentis, quod delegatio facta
dignitati non expreso nomine proprio transfit ad
successorem, habet etiam locum in commendatario
perpetuo, vt Decius ibidem nu. 4. vers. & ista tertia
Mandosius in dicta reg. 32. quæst. 7. nu. 8. & 9. Item

8 talis commendatarius perpetuus potest præsentare,
& eligere, & conferre, sicut quilibet alius prouisus, vt
plene per Rebuffum in praxi tit. de commenda num.
9 60. & 61. habet etiam liberam potestatem in spiri-
tualibus, & temporalibus Abb. in cap. cum nobis
olim vlt. notab. de electione Rebuff. de pacif. possefs.

10 nu. 41. ac propterea potest locare fructus ad plures
annos sicut alij titulares, & in eis habet locum capit.
vestra de locato Calderin. in consil. 8. an commen-
datarius per totam sub tit. de locato. Rom. consilio
350. in calu proposito a nu. 8. Rebuff. in praxi tit. de

11 commenda numer. 62. hinc reg. de infirmis resig. in-
trats in commendis perpetuis Caslador. d. decif. 32.
per totam super regulis; Gomezius in dicta reg. de
infirmis quæst. 13. per totam, & expresse probatur ex
eadem regula quæ est 18. de viginti in illis verbis, vel
illius commenda celsierit Rota decif. 80. num. 2. lib. 3.

12 diuerforum, sicut etiam reg. de publicandis resigna-
tionibus locum habet in perpetua commenda, vt fu-
sè per Gomezium super eadem reg. q. 3. per totam.

13 Hinc in impetratione alterius beneficii debet fieri
mentio de tali commenda, alias gratia foret nulla
glos. verb. commendare versic. sed nunquid habens
talem commendam in cap. nemo, & ibi Menochius
num. 4. & omnes de electione lib. 6. Capicius decif. 3.

14 num. 6. Puteus decif. 272. lib. 2. num. 3. pariter illegiti-
mus non dispensatus talem commendam habere,
non potest Rebuff. in praxi tit. de commendis nu. 63.

15 sicut commendatarius potest transfigere super fru-
ctibus sui beneficii commendati, ac eos vendere Ge-
minianus consil. 27. pro declaratione in fine Capicius
decif. 3. sub num. 9. Rebuff. de pacif. possefsor. sub

16 num. 40. Item talis commenda inducit incompati-
bilitatem inductam a cap. de multa de præbendis,
& extrauag. execrabilis eodem tit. vt post longam di-

G spura-

spuationem hinc inde resoluit Alphonsus Hoieda de incompatibilitate beneficiorum part. prima, cap. 14. a nu. 16. vsque ad nu. 30. & hodie expressè disponitur per Concil. Trident. sess. 7. cap. 2. & cap. 4. licet antea secus dicebatur Cassador. decis. 32. nu. 7. super regul. Sarnen. in reg. de triennali num. 6. Caputaquen. decis. 147. num. 2. parte prima, disponebat. l. 4. versic. la. quinta rason tit. 16. Partita 1. Puteus decis. 333. lib. 1. & 275. lib. 3. ubi propterea fuit resolutum extrauag. 17 in iuncte de electione non habere locum in his commendis, & vide infra nu. 65. rursus regula de idiomate locum habet in commendis vt latè per Sarnen. super reg. de idiomate quest. 5. Mandos. reg. 32. quest. 7. 19 num. 14. Nec non regula de triennali procedit in commendis Gomezus latissimè in regul. de triennali quest. 5. num. 10. & sequentibus. Rot. decis. 765. in causa Vrgellen. per totam part. 3. diuersorum. Nec 20 non reg. de verisimili noticia Cassador. decis. 30. super regulis Gomez. ibid. quest. 4.

RESOLVT. CXLVI.

- 1 Commenda perpetua cessante vacat beneficium vt prius, non de nouo cum alijs multis exemp. & decisionib. nu. 2. 3. 4. 5. & 6.

Cessante commenda per obitum commendatarij, an dicatur beneficium vacare per obitum illius.

- 1 **R**espondeo, quod cessante commenda per obitum commendatarij, tunc non dicitur beneficium vacare per obitum illius, sed vacat semper, vt prius ita vt non sit attendendus mensis, in quo commendatarius obierit, & sic semper curia, Cancellaria, & Camera Apostolica seruauit, vt testatur Cassador. decis. 5. nu. 2. quest. 10. & 12. de priuileg. decis. 2. num. 9. de vnionib. Simonett. de referuat. quest. 59. num. 6. & per totam. Milis in repertorio ver. beneficium vacans referuat si alteri commendetur nu. 27. Gamb. de potest. leg. lib. 4. a num. 34. & 28. Put. decis. 25. in vna. Bellie. prioratus nu. 6. vers. sed. & his non obstantibus, & per totum lib. 1. & decis. 158. in vna Florentin. per totum. r. Gomez. in reg. de triennali q. 5. Rebuff. in praxi tit. de commend. num. 51. & 59. & in tit. de referuationibus nu. 31. Mohed. decis. 4. & decis. 9. de prab. per totas. Caputaq. decis. 144. par. 1. ubi referuntur plures. Rotæ resolutiones quæ ita tenuerunt. Nauar. in Manual. c. 25. nu. 126. in fin. & in conf. 1. num. 39. de constitut. & latius consuluit consil. 28. de prab. ubi dicit titulum commendæ perpetuæ esse improprium, & propterea cessante commenda vacare, vt prius, & ita expressè disponi in literis commendæ.

Vnde cum quidam familiaris vnius Cardinalis esset perpetuo commendatus de quodam beneficio, & postea decesserit, ac alius impetrauerit illud beneficium siue vacauerit per obitum illius, vel persona alterius, & opponeretur de nullitate gratiæ propter defectum consensus dicti Cardinalis iuxta Regulam Cancellariæ 31. de impetrandis beneficiis per 3 obit. famil. Card. fuit resolutum non obtinere dictam Regulam, ex quo dictum beneficium non vacauerat per obitum dicti familiaris commendatarij, sed vt prius Cassad. dict. decisione quinta, de priuileg. num. 2.

- 4 Idemque fuit resolutum quando non fuerat facta mentio de familiaritate Papæ cuiusdam perpetui commendatarij in Cas. d. decis. Caputaq. 144. par. 1. Hinc cum quidam prioratus vacauerit in Curia in manibus Papæ per resignationem cuiusdam Stephani, & esset de illo commendatus Guillelmus, quo defuncto, & commenda cessante, per obitum Gugliel-

mi ext. curiam defuncti quidam commissarius Papæ habens facultatem conferendi omnia beneficia extra curiam vacantia, contulit illud Petro per obitum Guillelmi, & dubitabatur, an collatio teneret, & quia totum pendebat ex hoc, an per obitum commendatarij vacaret beneficium, vel non, fuit resolutum collationem esse nullam, quia dictus prioratus vacauerat apud sedem, & per resignationem in manibus Papæ vt prius, & non per obitum commendatarij extra curiam defuncti, vt in casu decisionis Putei 25. lib. 1.

- 6 Sicut etiam fuit resolutum similiter in casu decisionis 4. Mohed. de prab. & in decis. 9. fuit resolutum expectantem non posse acceptare beneficium tanquam vacans per obitum commendatarij, quia non vacauit per obitum illius, sed in curia, vt prius.

RESOLVT. CXLVII.

- 1 Commenda beneficij data ad tempus non tribuit ius commendatario &c. & secus. num. 2.
- 3 Commenda perpetua sapit naturam veri, & proprii beneficij.
- 4 Commendatarij perpetui nō differunt à veris titularibus.
- 5 Commendatarij perpetui faciunt fructus suos, & quid si commenda est ad beneficium Ecclesiæ. num. 6.
- 7 Commenda perpetua afficit beneficium.
- 8 Commenda inducit execrabilitatem in beneficijs perpetuo commendatis.
- 9 Commendatarius perpetuus melius censetur maior in ijs, quæ sunt iurisdictionis, & administrationis prælatu- ræ, quam titularis.
- 10 Commenda perpetua dici potest perfectus titulus Apostolicus.
- 11 Commendatarius vt verus prælatus potest esse index delegatus.
- 12 Limitatur principalis conclusio, & num. 13.

Commendam perpetuam solus Papa facere potest.

- 1 **C**ommenda beneficij data ad tempus non tribuit ius commendatario, & potest quocumque reuocari, & tali casu commenda ipsa per Papam facta ad tempus operatur quod referuatio facta per 2 Papam non expirat secus verò si commenda fieret perpetuo Bisignet. in decis. prima, incip. vtrum per commendam titul. de prab. Rot. in antiq. in decis. 244. incipient. nota quod ubi beneficium. Ratio 3 autem est quoniam creatio commendæ perpetuæ sapit naturam veri, & proprii beneficij, cuius ratione multa conceduntur, quæ alias denegarentur, vnde 4 commendatarij perpetui non differunt à veris titularibus Marc. in decis. Delph. 1176. num. 9. & decis. 1276. n. 1. vol. 1. Nauar. in consil. 4. num. 2. tit. de fil. presbyt. lib. 1. Rom. in consil. 350. Menoch. in d. c. nemo ubi Gemin. ac Prob. de elect. in 6. Crauet. in consil. 184. Puteus in decis. 25. num. 5. lib. 1. Anna in allegat. 114. ubi Fabius filius, & propterea commen- 5 datarij perpetui faciunt fructus suos, quia eius virtute non dicitur depositarius, vt authoritate Rom. in consil. 380. num. 8. voluit Capic. in decis. 3. numer. 8. Puteus in decis. 25. num. 3. lib. 1. dicens secus in commendatario temporali, seu simplici Rom. in d. consil. 350. quo in loco asseruit, quod si commenda est ad vtilitatem Ecclesiæ non facit fructus suos, nisi quoad vltimum, si verò ad vtilitatem propriam facit fructus suos cum oneribus Ecclesiæ, vt dicit Cassad. in decis. 32. num. 5. cum plurib. seq. tit. de reg. Cancell. Gernion. de indult. §. ita quod num. 17. Mandos. in regula de verisimili noticia 30. q. 3. n. 4. Hoieda de benefic. compat. & incomp. par. 14. sub num. 6. Synagmat.

mat. iuris vniuers. lib. 7. cap. 3. num. 10. & c. 11. num. 35. cum pluribus sequentibus ante illos Rota in antiq. in dec. 244. incip. nota quod ubi beneficium Bisignet. in decif. 1. inc. vtrum per commendam. Puteus in decif. 254. n. 3. lib. 3. Marc. in decif. 1109. sub num. 2. vol. 1. in decif. 399. n. 3. vol. 2. Menoch. de recup. poss. remed. 15. nu. 42. Raud. variarum resol. c. 72. n. 3. Mart. Nauar. in consil. 4. num. 2. de filijs presbyt. lib. 1. Hinc est quod commenda perpetua afficit beneficium ita vt illa per mortem commendatarij vacante disponere de beneficio non possit Cassad. decif. 5. num. 6. cum sequ. tit. de priuileg. & in decif. 32. num. 5. de regul. cancellariæ. Puteus in decifio. 158. num. 1. lib. 1. Coraf. part. 1. c. 6. sub num. 11. Faber. in Cod. Fab. lib. 1. tit. 2. definit. 10. n. 5. vol. 1. Mar. in decif. 399. num. 4. 8 vol. 2. vnde commenda inducit execrabilitatem in beneficijs perpetuo commendatis Put. decif. 333. de quo ample tractat Hoieda de benef. comp. & in 9 comp. part. 1. c. 14. num. 16. Hinc euenit quod commendatarius perpetuus melius censetur verus Abbas, & prælatus, & maior in his quæ sunt iurisdictionis, & administrationis prælaturæ, quam titularius Faber in Cod. Fab. lib. 1. tit. 3. Nauarr. in consil. 4. num. 2. de filijs presbyt. lib. 1. volum. 1. & ideo commenda perpetua dici potest titulus perfectus Apostolicus Tolom. in decif. nouis. Rom. 765. Coraf. par. 1. c. 6. Prob. in quæst. Regalis c. 20. n. 2. & digne quidem commendatarius perpetuus vt verus Abbas, & Prælatu reputatur, & ideo index delegatus esse potest iuxta formam cap. statutu de rescrip. in 6. Boer. in decif. Burdegal. 271. Barbatius in consil. primo. Mandof. in Regul. Cancell. de impet. benef. per obit. Famil. Card. Capic. in decif. 5.

Limita principalem conclusionem, & declara quod temporales tantum commendas supradictis exceptis concedit Episcopus ad sex tantum menses arg. c. nemo deinceps de elect. in 6. Put. decifio. 226. Marc. decif. 240. Fuscus de visitat. lib. 2.

13 Limita, & declara etiam in beneficijs, & Ecclesijs militum Hyerosolimitanorum, quæ in commendam dantur per magnum magistrum eiusdem Religionis, siue ordinis, & hoc ex priuilegio summorum Pontificum, vt multis comprobatur Cefal. in consil. 97. num. 1.

RESOLVT. CXLVIII.

1 Commendatarius in commenda turbatus, aut spoliatus, contra commendantem agere non potest spolio, ac remedio cap. reintegranda 3. quæst. 1. & limita num. 2. & num. 3.

Commendatarius turbatus, an possit agere spolio.

1 Regulariter in iure cautum est Commendatarium in commenda turbatum, aut spoliatum contra commendantem agere non posse spolio, ac remedio cap. reintegranda 3. q. 1. Anton. Capic. in decif. Neapol. n. 4. Cardinal. Pute. in decif. 206. lib. 3. Iacob. Menoch. de recup. possel. remedio 15. num. 38. cum pluribus sequ. Rota in antiquis in decif. 1. incip. primo quod Monacho, & in decif. 359. incip. Nota quod Monachus. Anton. Faber in Codic. Fabria. lib. 1. tit. 2. definit. 9. n. 2. & defin. 67. vol. 1.

2 Limitatur primo supradictam conclusionem procedere quando ageret contra commendantem, vt tunc pro spolio non admittatur, secus vero si cum alio vt supradicti annotarunt præsertim Cardin. Puteus in dicta decif. 306. lib. 4. Menoch. de recup. possel. remed. 15. num. 39.

3 Limita secundo procedere in Commendatario ad tempus non autem in perpetuo, siue ad vitam, cui di-

Aloys. Ricc. Praxis. Pars I II.

sum remedium competit Cardin. Puteus in dicta decif. 306. lib. 3. Menoch. in d. remedio 15. n. 42. Idem Cardin. Puteus in decif. 158. num. 2. lib. primo.

PRAXIS CONFRATERNITATVM
Laicorum.

RESOLVT. CXLIX.

- 1 Confraternitas dicitur locus pius.
- 2 Hospitale etiam non erectum auctoritate Episcopi dicitur locus pius.
- 3 Episcopus tenetur visitare huiusmodi loca.
- 4 Relictum confraternitatibus censetur relictum ad pios vsus.
- 5 Relictum confraternitatibus, pro anima relictum censetur.
- 6 De relictis confraternitatibus Episcopus detrahatur canonicam portionem.
- 7 Relictum pijs locis potest præstari istis confraternitatibus.

Confraternitates an dicantur loca pia.

1 R Espondeo affirmatiue, & sic quod dicatur confraternitas locus pius sentit Specul. in tit. de infirmis. edit. §. nunc aliqua num. 62. versic. & scias qui dicit, quod loca pia dicuntur ubi exercentur opera charitatis, & idem dicit Ioann. Andr. in cap. Ioannes column. 1. in fin. vers. vnum est, quod refragatur, ubi per istam rationem concludit hospitale etiam non erectum auctoritate superioris esse locum pium, & idem dicit Alexand. in consil. 209. col. 1. volum. 2. & Abb. cap. fin. in 2. notab. de testam. Card. in c. Ioannes in 7. quæst. de testam. & in specie quod fraternitas dicatur locus pius sentit Bald. in l. id quod pauperibus in 21. quæst. C. de sacrosanct. Eccles. & sentit clarè quod sit locus pius, sed non religiosus; eandem opinionem tenent Card. in consil. 121. & clarissime Lappus in tract. de canon. port. column. 11. vers. 5. quæro, & in seq. idem dicit Barbat. in cap. officij col. 8. & 10. de testam. & Perus. in tract. de canon. port. in 2. artic. princip. in 2. qu. principal. col. 4. Dec. in consil. 72. col. 3. versic. 3. principaliter, & dicit Anchar. in c. auditis in 11. qu. de reitut. in integr. quod dicitur pium etiam collegium.

3 Hinc inferitur primo, quod Episcopus huiusmodi loca visitare teneatur, vt voluit Feder. de Sen. in consil. 111. incip. quæstio talis est.

4 Secundo inferitur quod relictæ confraternitatibus videtur relictæ ad pios vsus, & in piam causam: & propterea cessare debet Trebellianica, vt concludit Paul. de Castr. in consil. 167. incip. præsupposita col. 2. refert, & sequitur Socc. in consil. 82. col. penul. vol. 4. & sentit Bal. in auth. similiter vers. & not. col. 1. C. ad l. Falcid. & Calcan. in consil. 21. column. 2. & quod relictæ tali loco dicantur ad pias causas relictæ tenet Bald. in l. si quis ad declinandam col. 12. in princip. C. de Episc. & Cler. Castr. in consil. 179. volum. 2. Alex. consil. 102. num. 3. vol. 7. Dec. consil. 72. col. 3. Paris. in dict. consil. 34. col. 2. in fine vol. 4. & ratio est, quia relictæ huiusmodi confraternitatibus pro anima censentur relictæ, vt dicit Corn. consil. 308. n. 6. volum. 3. & in consil. 18. num. 15. & sequ. & consil. 302. num. 2. vol. 4. quando autem pro anima relinquitur etiam si amico, vel consanguineo pauperi relinquatur dicitur relictum ad pias causas, ita dicit gloss. in c. 2. de sepult. Bald. in l. 1. & ibi Castr. in fin. C. de sac. Eccles. Bal. in l. si quis Titio, & ibi Imol. ff. de leg. 2. & in c. de priore de appell. & idem voluit Card. in c. tua de testam. Alex. in consil. 158. col. fin. vol. 7.

G 2 6 Ter